Die 28 7bris 1624.

Ser.me Rex Dne mi Clem.me

341

M 88

Cum Nepotum meor. castra in Aprutio, resq. ibi meas, quibus annis iam quinq. omni fere notitia careo, reuisere me iam tandem oporteat; post tres dies discessurus sum, ibiq. per mensem commoraturus, quo tempore et Vrbanis curis solutior, et M.tis Vrae negotijs minime detineri uideor, cum eiusmodi non sint, quin modicam absentiam hanc meam patiantur: Nam quod attinet ad Capitulum Varmiae contra Ser.mum Principem, nihil me inscio innouabitur: quod uero spectat ad Coadiutoriam Ser.mi Vratislauiae eius expeditio neq. inchoari, neq. perfici potest absq. opportunis scripturis istinc mittendis, ut iam significaui. Si autem ecclesiam aliquam proponi contigerit, praecipue Gnesnae, et Plozke, hoc munus relinquam (ut ceteri quoq. Protectores Cardinales consueuere) Ill.mo D. Cardinali Pio, familia nobiliss., virtutibus, et qualitatibus eminent.mo, ac mihi amicitia coniunct.mo, qui pro seru. M.tis Vrae, ac Nationis quicquid erit necessarium singulariter aget, praesertim ut gratiam S. R. M. Vrae acquirere possit. Haec significare S.R.M.V. meum existimaui, ut certo sciat meam maximam curam sine temporis excep.ne c.a Regium eius seruitium semper uersari. Interim Regias eius manus humiliter osculor, ac Deum precor ut illam incolumem longissime seruet. Dat. Romae die 28 Sept.bris 1624

S.R.M.V.

addictiss.mus et obseq.mus seruitor
Cosmus Card.lis de Torres